GEORGIUS ZINGEL DE SCHLIERSTADT

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. (terminus ante quem 1488) Seite 200r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35046
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



uino intellectu certitudinaliter cognoscit huiusmodi futura tali modo quod intellectus diuinus videndo determinationem voluntatis diuine ad aliquid fore per quam videbat illud fore per quam instantiam intellectus diuinus scit illam voluntatem esse immutabilem et nullo frustrabilem et impedibilem ergo certificat de futuro fore per hoc infallibiliter sic esset de videntia voluntatis meae certitudinaliter alicuius futuri si esset efficax et positiua illius in esse futuri. Ergo dicit quod quia illa viponere quod dicit discursu intellectui diuino qui ex intuitione determinationis voluntatis et immutabilitatis eius concludat hoc fore. Deo dat aliud modum quod diuinus intellectus offerat primae voluntati simplicia et quemmodum non curo per sequitur quod omnino cum. Ego oblatum dicit 38. p.

Arguit quod modo precedente aut determinatio voluntatis diuine circa futura existentia contingentia dependentia a libertate voluntatis create non sequitur determinatio voluntatis create circa fore. Et non sic. Et ita nihil agit voluntas creata sic quia causa nihil quia sic voluntas diuina existente determinata ad vnum oppositorum non est in potestate rei naturalis non mutare. Ita voluntas diuina existente determinata certitudinaliter alicuius possibilis a voluntate creata voluntas creata non possit illic non mutare quod est falsum quia sic nullus eius actus esset imputandus. Si vero determinatio diuine voluntatis non nisi sequitur determinationem voluntatis create tunc ad faciendum vitam effectum ponet ut non ponet non sufficit nosse determinationem voluntatis diuine sed oportet nosse cum hoc determinationem voluntatis create quia patet ex dictis non cognoscit per determinationem voluntatis diuine et per quam videt quod per talem determinationem deus non habebit certitudinaliter notitiam omnium futurorum contingentium. Ergo actus est. Contra sic quia aliquid determinat contingenter ita quod potest esset ipsum nunquam fuisse determinatum per talem determinationem non potest haberi euidentia certa et infallibilis sed voluntas diuina sic determinat quod adhuc potest esse ipsum nunquam fuisse determinatum. Ergo per eius determinationem non potest haberi certa euidentia. Hec ratio non valet multum quia maior est falsa quia ista potentialitas ad nunquam fuisse determinatum non tollit certitudinem potentiae diuinae ponat actualem determinationem et ipsum esse quia effectus in futuro habebit huiusmodi determinationem et notitia per facta tale esse quia quia certitudinem in proposito sed solum arguit quod potest esse illud tale non fuisse positum sed potest esse voluntate non